

Unde si tibi placet esto pater illi hac nocte quia  
in sompno videbis eum et in sompno osculetur teum  
cui regina respondit. Si hoc videro non quomodo propheta  
tam habeo te sed quasi deum te adorabo. Stansque neptaneus  
valedicit regine. Descendens itaque de palatio  
epiuit continuo foras civitatem in desertum locum  
atque euellens herbas iuras eas et tollens succum  
illarum fecit incantationes per diabolica signa ut  
deciperet olimpiadem eadem nocte per sompnum et  
ostendens sibi deum hamone concubentem secum di-  
centemque sibi post concubitum mulierem concepisti de-  
fensorem tuum de patre suo philippo. Mane autem factum  
cum surrexisset olimpiadis a sompno fecit viam  
ad se neptaneum et narrauit illi sompnum quod  
viderat. Ac ille dixit ei. scio hoc quod dicas. Sed si  
locum desideras mihi in palatio tuo per veritatem osten-  
dam tibi illum deum qui veniet ad te in similitu-  
dinem draconis. et postea mutetur in humanam  
formam ac si in meam speciem. Ad hoc olimpiadis  
dixit. bene dixisti domine magister. facpe cubiculum  
in palatio et veraciter scias. si hoc probare potero  
habeo te quasi patrem pueri et hoc dicens iussit ei  
dari cubiculum in palatio. Circa autem primam vigi-  
liam noctis cepit neptaneus per magicas in-  
cantationes transfigurari se in figuram draconis et hinc  
lando cepit ire extra cubiculum olimpiadis. Ingres-  
soque cubiculo ascendit in lectum eius et cepit osculae

Olimpiadis  
neptaneus